



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

47. In Festo Decollationis S. Ioannis Baptistæ unica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

palatio. Quia in Principum palatiis deesse solet vox veritatis, quae vitia arguere solet & aulae dedecora, ecclestis lingua Prophetæ noluisset deesse; sed tanquam calamus Scribæ velociter scribentis contumaciter exarabat in corde duro Regis hæc verba: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Merito conquerebatur quidam Rex, quod cum omnia sibi in aula abundarent, esset tamen inopia veritatis, quia vel non ingreditur ad Reges, vel non nisi fucata. Ibi enim regnarat adulatio. Ibi corvi, qui eruant oculos. Ibi Simia, ibi Syrenes, ibi Canes muti non valentes intrare, ibi desunt veræ justitiæ intrepidæ præcones, non desunt parasiti & blanditores, qui Principum vitia fovcant.

Isa. 53.

Ecccl. 4.

Psal. 118.

S. Joannes erat lucerna ardens & lucens. Joan. 1. Joan. 3.

Erat speculum.

Erat medicus.

Occasione S. Joannis per Herodem.

ludit ut illudat. Firmissimo regis, confirmatur juramento turpi, turpe adimpletur. Conspiratur in Joannem, amputatur ei caput in carcere, affertur in disco, currunt rivi sanguinis, oculi pascuntur convivantium. In turpi voto mutandum erat decretum, sed crudelissimè adimpletur, quod criminose spondetur: Intuere, ô Rex, tuo seculum dignum V. Amb. convivio, porrige dexteram, ut inter digitos tuos, vi defluant sacri erroris. Et quoniam non exsaturari epulis famas, nec sibi restingui poculis, bibe sanguinem scaturientibus adzuc venis profluentem. Cerpe oculos in ipsa morte sceleris tui cæsi, aversantes conspectum deliciarum. Clauduntur non tam mortis necessitate, quam horrore luxuria. O illud aureum exanguis, cujus sententiam ferre non poteris, conice scilicet, & adhuc timeatur. Vox ejus: ô Herodes, adhuc timorem tibi incutit, quia Vox veritatis morte non extinguitur, & Vox sanguinis impietissimè profusa non taceret in auribus Dei, nec terra quæ suscipit eum. Imò clamabit in æternum, te & incestos omnes accusans & condemnans, in abyssosque mergens. Et quia hic sanguis clamat, saltatrix tua non est immunis, sed absorbebit eam glacies, exfectoque saltabit capite, ac postmodum æternum saltabit in igne.

Porro hoc fuit providentiæ divinas cuncta admirabili ordine dispensantis, quod Joannes virtutis omnis speculum, sanctitatis norma, pudicitiae exemplum, Angelus conversatione, in cæcis datur, traditur adulteræ, addicitur saltatrici, ita ut vitium videatur triumphare de virtute, libido de castitate, impietas de innocentia & pietate. Sed id permittit Deus in Joannis majorem gloriam, tum quia sic voluit eum corona martyrii condecorare, tum ut pudicitiae germen proprio ipse rigaret cruore, tum denique, quia debebat adimpleri, quod Joannes dixerat: *Nullum oportet crescere, me autem minuis* Joan. 3.

quapropter Joannes minutus est capite, Christus crevit in cruce. Sed neque hic Herodes, aut Herodias, sed vox veritatis censetur vincere & triumphare. Notæ sunt propositiones post convivium Darii purpuratis exhibitum, a cubiculariis ejus productæ, quæ & hic locum habent post convivium Herodis. Unus scripsit: *Fortis est vinum*. Alius scripsit: *Fortior est Rex*. Tertius scripsit: *Fortiores sunt mulieres, super omnem vincit veritas*. Primus probat propositionem suam, quia vinum seducit mentem, Regis que ac orphanifacit mentem vanam, prævalet & dominatur. Item servi ac liberti, pauperis & divitis, & omnem mentem convertit in securitatem & incunctitatem, facitque oblivisci omnem morem & omne debitum, & omnia per talenta loqui facit. Secundus probat propositionem suam de fortitudine Regis, quia terram & mare obinet, & super omnia dominatur, jubet demoliri mores, muros, turres. Si dixerit occidite, occidunt, si remittite, remittunt; si exterminare, exterminant; si edificare, aedificant. Quomodo ergo non precessit Rex, cujus dicto

ff

fic om.

fic omnes obadiunt Tertius probat suam propositionem de mulieribus & veritate. De mulieribus quidem, quia magnus est Rex in potestate sua, inquit, & tamen vidi concubinam Regis sedentem iuxta Regem ad dexteram, & auferentem diademam de capite ejus, & imponentem sibi, & palmis cedebat Regem de sinistra manu. Et Rex iruebatur eam, & si arderet ei, ridet; si indignata fuerit, blanditur. An non ergo sunt fortiores mulieres? Tandem addit: Sed fortior omnibus veritas. *Omnis terra invocat veritatem, calum etiam eam benedicit, & non est cum ea quicquam iniquum, iniquus Rex, iniqua mulieres, & filii hominum, ac opera eorum. Veritas manet & invalescit in aeternum, & vivit, & obinet in saecula saeculorum. Benedictus Deus veritatis.* Ita postremo ille.

Fortis viri

An non haec propositiones singulae hic locum habent? *Primo*, quidem cernitur quam forte sit vinum, quod Regis mentem sic seducit, ut dimidiam partem Regni date paratus sit propter laltationem, ut jusjurandum iniquum adjiciat per miram temeritatem, Cum in calumet mero, omnia haec peraguntur, ut notat textus Evangelicus. O vinum, quam saepe mentem dementas, & quam inique dominaris! Ithi in incestum praecipitas, denudas Noe, Abalonen in fratrem Ammon armis, Holofernem ex armis, Herodem ad inimum impietatis deducis. *Vesit, forte est vinum, pta valens his qui bibunt illud!*

Fortis Rex

Secundo, cernitur hic quam fortis sit Rex, in cuius ore situm est vitae vel mortis decretum, ita ut audeat in Dei Prophetam, Praecursores, Legatum; Angelum, mittere manus, ferrumque stringere, & contra Deum pugnare: *Misso strisulatore iussit amputari caput Joanni in carcere.* Si ergo Rex dixerit, exterminate, exterminant; si percute, percutiunt; si occidite, occidunt. O Regis forte verbum!

Mulieres fortes

Tertio, cernitur hic quomodo fortiores sunt mulieres, ipsae enim sunt quae Regem ad facinus adeo horridum impellunt; ipsae sunt quae ejus cordi dominantur, eumque seducunt, alias lubenter audiebat Joannem.

Fortissima Veritas

Quarto, cernitur, quomodo *super omnia veritas*, praevaleret enim Vino, Regi, Mulieribus. Licet Joannes sit in vinculis, vox tamen veritatis non alligatur, nec carere clauditur. Licet morti addicatur, mortem non timet, nec regiam potestatem, nec vini luxuriam, nec muliebres insidias. Triumphat in eo Veritas, lubens pro ea caput offert Praeco Veritatis. Iniquum est Vinum, iniquus Herodes Rex iniquae mulieres & opeta eorum; cum Veritate non est quicquam iniquum, sed ubique clamat contra iniquitatem, in deserto, in palatio, in ergastulo, in convivio, in caelo. Benedictus ergo Deus Veritatis, benedictus & Praeco Veritatis, qui vivit & invalescit in saecula. Hic & alios docuit stare pro veritate & castitate, Mattheum, Paulum, Lambertum, Rumoldum, Stanislaum.

Nativitas sua, Dei Genitrix Virgo gaudium annuntiat civi universo mundo, &c.

A Pud veteres quaestio fuit, an dies nativitatis laetitiam sit celebrandus, an potius luctu. Primam opinionem secuti sunt nonnulli, de quibus facris in eloquiis fit mentio, qui varia solemnitate opiparique convivii diem suum natalem celebrant, non solum amicos, sed etiam sibi famulantes ad natalem plausum quotannis invitantes.

Sic dicitur: *Dies tertius natalitius Pharaonis erat, Gen. 40. qui faciens, grande convivium pueris suis, hoc est famulis, recedens est Magistri pincernarum & piscorum Principis.*

Rursus, in die natalis Regis Antiochi (qui sacer habebatur) sacrificia offerebantur, & cum Liberi sacra celebrabantur, cogebantur Judaei hedera coronari Libero circumire. Fiebant utique sacrificia Baccho, & multa ebrietate ac libidine ei litare tunc mos erat, circumeundo urbem cum Hedera coronis, quia Hedera Baccho arbor sacra erat. Hoc ergo erant Bacchanalia & Liberalia, a Baccho seu Libero Deo sic dicta.

Denique Herodes natalis sui comam fecit Principibus, & Tribunis, & primis Galilaeae; introductaque est Filia Herodiadis, ut saltaret coram recumbentibus.

Alteram opinionem, luctuosius esse potius quam gaudio prosequendum diem nativitatis, secuta sunt aliqua nationes. Sic Thraeces soliti feruntur infantium nativitates planctu & luctu celebrare, funera vero laetitia & tympanis. Huic etiam opinioni videtur suffragari sacrae eloquia. Nam Eccl. si stales disertè pronunciat: *Melior est dies mortis, die nativitatis.* Nempe natalitius dies in turbulentum hujus vitae pelagus nos inducit, ubi draco latibulum suum posuit; transitus vero dies ex stadio arum nostro nos educit. Sed & ipsi infantes docere videntur natalem diem non convivio agendum, sed fletu.

Quare enim in lucem predecentes a ploratu incipiunt, inquit S. Augustinus ser. 24. de verbis Apostoli? Respondet: *Quando plorat nascens, propterea sua calamitatus est; lachryma enim testes sunt, sua miseria. Nondum loquitur, & prophetae. Quid prophetae? In labore se futurum vel timore. Et si bene vixerit, & justus fuerit, coram in mediis postis tantationibus semper timebit.* Ita ille. Neque minus Regum aut Principum lugenda nativitas quam aliorum, quia ut ipse fateetur Salomon: *Nemo ex Regibus aliud habuit nativitatis initium, quam a fletu.* Sum ego, inquit ipse, mortalis homo similis omnibus, & ex generis illius qui prior factus est: *Et in similitudinem factum desinat terram, & primam vocem similem omnibus emisit plorans.* Merito deplorandum est grave iugum, quod incipiunt trahere filii Adae a die exitus de ventre matris usque in diem sepulturae, ab eo qui vestitur.